



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Sexto Nonas Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

Sexto Nonas Iulij.

^{2.}
Iulij.

Visitatio Beatæ Mariæ Virginis ad Elizabeth.

Vide cap.
11. Apot.
Spir. fol.
78.

Hæc quidem solemnitas ab Urbano Papa VI. instituta est, & à Bonifacio IX. confirmata seu potius publicata, idque occasione vrgentis Schismatis, ad quod componendum, eiusdem Dei Genitricis ope, Dei Ecclesia propensius (ea aucta celebritate) studuit implorare; idque anno 1389. Quotiescumque ergo peste affligimur (quæ ordinarie propter schismata inter nos & Deum, id est, propter defectionem nostram per peccata à summo nostro Capite Deo, nobis obuenit) huius Virginis ope imploremus, & unionem nobis impetrabit, atque domum animæ visitabit, eamque donis gratia suæ, ut dominum Zachariæ replebit.

Nonis Iulij.

^{7.}
Iulij.

In Anglia S. Edilburgæ virginis, Anglorum regis filiæ, quæ Cœnobio Monialium præfecta, ministerium suum laudabili sollicitudine adimplenit.

Vide cap.
57. Apot.
Spir. fol.
269.

Sicut Hybernia olim *Sanctorum Insula* fuit appellata, ita meritò erfani Anglia etiudem titulum meretur, quæ numero sanctorum virorum & mulierum, seu Clerum, seu Regiam, seu priuatros consideres, ea minor non fuit; quin etiam auctior si laureatos pro fide Catholica pugiles hubet intueri. Videre enim meruit sæculum nostrum hac ex parte felicissimum, quam plurimos Santissimos sacerdotes, aliosque nobilissimos viros Anglicanos gloriose martyrio coronatos, duplicitique tituli coronis auctos, qui non solum pro Ecclesiastica libertate, sed pro fide Catholica tuenda, restituenda ac conseruanda, nobilissima morte occubuerunt. Felix certè & ter beatus Anglicorum nobilissimus & gloriofissimus ille cœrus, qui tam illustri militiae nomen dedit, ac Sacramento sanguinem

D 3

nem